



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 97. Pontifex Nationali Concilio Gallico obluctatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Secul. XVI. possent, antequam sese majori numero  
 A. C. 1560. aliis conjungendi, aut quid moliendi  
 spatium nanciscerentur.

## §. XCVII.

*Pontifex Nationali Concilio Gallico  
 oblutatus.*

Postquam rumor de Nationali Synodo  
 in Galliis celebranda Romam de-  
 ferebatur, inde summus Pontifex haud  
 parum commotus Oecumenicum Con-  
 cilium convocare statuit; verum haud  
 difficulter deprehendebatur, quod id  
 nonnisi invitus fecisset, ac lubentius alia  
 ratione ejusmodi concilium impediri  
 voluisset; nihilominus ad indicendam  
 Synodum compellebatur, eoquod Fran-  
 ciæ Orator, qui tum Romæ agebat, ei-  
 dem exposuisset, quod Galliarum Rex  
 Regni Præsules in unum cœtum con-  
 vocare decreverit, cum aliud remedium  
 præter Nationalem Synodum malo ni-  
 mium invalescenti haud amplius opponi  
 posset: Verum ejusmodi conventum æ-  
 gerrime ferebat Pontifex, quapropter  
 vehementer coram Legato querebatur  
 contra Regem, quod is omnium adver-  
 sus Religionem impie perpetratorum ve-  
 niam, gratiamque fecisset, & quidem  
 illis etiam, qui nequidem eam deposce-  
 bant, tandem vero Papa in hæc verba  
 prorupit. „Equis Rex potest crimina  
 con-

Sæcul. XVI.  
A C 1560.

„contra Deum admissa condonare? ne-  
 „que ultra mirum videtur, si justissimo  
 „iracundiæ divinæ documento Galliæ  
 „Regnum turbis assiduis implicetur,  
 „ubi sacri Canones contemptui sunt, &  
 „auctoritas Pontificia indebite usurpa-  
 „tur: nonne hæc manifesta sunt justæ  
 „ultionis divinæ indicia? „His postea  
 „addidit: hic idem Præfulum conven-  
 „tus nihil boni pariturus, sed odiis,  
 „ac diffidiis acrioribus occasionem sub-  
 „ministraturus est: porro ego quidem  
 „Concilium universale, unicum diffi-  
 „diorum remedium jam pridem propo-  
 „sui, sed quominus hucusque coierit  
 „per Franciæ Episcopos factum, quibus  
 „omnino displicebat: decrevi tamen  
 „Synodum, vel nemine flagitante ce-  
 „lebrare, sed ut Præfulum unius natio-  
 „nis coitio, vel in Gallia, vel alibi fiat,  
 „nunquam assentiar: id enim a Sede  
 „Apostolica nunquam toleratum, nam  
 „si Principum cuique intra suam ditio-  
 „nem concilii celebratio permittitur,  
 „doctrinæ confusio, & ab Ecclesia se-  
 „cessio mox erit secutura: ceterum in pri-  
 „mis id indignissime fero, quod Con-  
 „ventui tempus prius condictum fuerit,  
 „ac dein primum meus requiratur assen-  
 „sus, cum id nemo quisquam aliorum  
 „interpretari possit, nisi ad grandem  
 „Capitis Ecclesiæ contumeliam, ad cu-  
 „jus

jus

Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

„jus voluntatem negotia omnia Eccle-  
„siastica referri debent, non ad gesto-  
„rum rationem reddendam, sed ad ge-  
„rendi potestatem impetrandam: etenim  
„per edicta, quæ jam promulgata sunt,  
„manifesta ab Apostolica Sede defectio  
„in illud Regnum fuit introducta „

§. XCVIII.

*Viterbiensis Episcopus a Papa pro  
impediendo hoc Nationali conventu  
ad Regem abiegatus.*

Tandem summus Pontifex de hoc Na-  
tionali Concilio in Galliis celebrando  
plene edocebatur, acceptis literis, quas  
eidem non modo Cardinalis Turno-  
nius tum in Aula agens perscripserat,  
sed etiam Burdesierus, qui anno sequenti  
Cardinalitia purpura decoratus est:  
eapropter Pius IV. Episcopum Viter-  
biensem ad Franciæ Regem ablegare  
cogebatur, qui eidem hæc significaret:  
„Concilium Gallicæ nationis erit instar  
„schismatis ab Ecclesia universali, aliis-  
„que nationibus pessimi exempli res,  
„nam Franciæ Præsulum animis fu-  
„perbiam afflabit, & auctoritatis suæ  
„amplificandæ, etiam cum dignitatis  
„Regiæ imminutione, studium inspira-  
„bit; omnibus enim est perspectum, quam  
„ardentibus votis illi Sanctionem Pra-  
„gmaticam cupiant restitutam, ac pro-  
inde